

A militaris causa habere, ac militē proficisci, nauē soluere, uxorem liberūm quærendorū causa ducere, religiosum est. Vitabāt ueteres ad uiros uocādos etiam dies, q̄ essent notati rebus aduersis. Vitabant etiā ferijs, sicut Varro in augurū libris scripsit in hæc uerba: Viros uocare ferijs non oportet: si uocauit, piaculū esto. Sciendum est tñ, eligendi ad pugnandū diem Romanis tunc fuisse licentiā, si ipsi inferrēt bellum: at cum excipient, nullum obstuisse diem, q̄ minus uel salutē suam, uel publicā defenderent dignitatem. Quis em̄ obseruationi locus, cum eligendi facultas non supsit? Dies aut̄ postriduanos ad om̄ia maiores nostri cauēdos putarunt, q̄s etiam atros, uelut infausta appellatione, dānarunt. Eisdem tñ nonnulli communes, uelut ad emēdationem nominis uocitauerūt. Horū causam Gellius annalium libro. xv. & Cassius Hemina historiarū libro B sc̄do referunt: Anno ab urbe condita CCC. LXIII. à tribunis militum Virgulo Manlio, Eolio Posthumio, collegisq̄ eorū, in senatu tractatū, quid esset, propter qd̄ toties inter paucos annos male esset afflicta resp. & ex p̄cepto patrum L. Aquium aruspicem in senatū uenire iustum religionum requirendarū gratia, dixisse, Q. Sulpitium tribunum militum ad Alliā aduersum Gallos pugnaturū, rem diuinam dimicādi gratia fecisse postridie Idus Quintilis. Item apud Cremeram, multisq̄ alijs temporibus & locis, post sacrificium die postero celebratum, male cessisse cōflictum. Tunc patres iussisse, ut ad collegium pontificum de his religionibus referret: p̄tifficesq̄ statuuisse, postridie om̄es Calēdas, Nonas, Idus, atros dies habendos: ut hi dies neque p̄liares, neq̄ puri, neq̄ comitiales essent. Sed & Fabius Maximus Seruilianus pontifex in libro. xii. negat oportere atro die parentare. q̄a tunc quoq̄ Ianum Iouemq̄ p̄fari necesse est, quos nominari atro die non oportet. Ante diem quoq̄ quartum Calēdas uel Nonas uel Idus, tanquā inominalem diem pleriq̄ uitant. Eius obseruationis an religio ulla sit tradita, quæri solet. Sed nos nihil super ea re scriptū inuenimus, nisi quod Q. Claudius annalium quinto, cladem illam uastissimā pugne Cannensis, factam refert ante diem quartum Nonas Sextilis. Ad rem sane militarem nihil attinere notat Varro, utrum fastus uel nefastus dies sit, sed ad solas hoc actiones respicere priuatas.

Qd̄ autē nundinas ferias dixi, potest argui, q̄a Titus de ferijs scribens, nundinarū dies nō inter ferias retulit, sed tñ solennes uocauit. Et qd̄ Iulius Modestus affirmat, Messala augure cōsulente p̄tiffices, an nundinarū Romanarū Nonarūq̄ dies ferijs tenerent, r̄ndisse eos, nundinas sibi ferias non uideri. Et qd̄ Trebatius in lib. i. religionum ait, nundinis magistratū posse manumittere, iudiciaq̄ adiicere. Sed cōtrā, Iulius Cæsar. xvi. auspicioꝝ libro, negat nundinis concionē aduocari posse, id est cum populo agi: ideoq̄ nundinis Romanorum haberi comitia nō posse. Cornelius etiā Labeo. i. fastorū libro, nundinis ferias esse pronūtiat. Causam ꝑ̄o huius uarietatis apud Granium Licinianum lib. ij. diligens lector inueniet. Ait em̄, nundinas Iouis ferias esse, siquidem flaminica om̄ibus nundinis in regia Ioui arietem soleat immolare. Sed lege Hortensia effectum, ut fastæ essent, uti rustici qui nundinandi causa in urbem ueniebant, lites cōponerent. Nefasto em̄ die p̄tiori dari non licebat. Ergo qui ferias dicūt, à mendacio uindican̄ patrociniū uetustatis: qui contrā sentiunt, æstimatu æta

h iij tis,

Eadē serē Gellius li. 5. ca. 17

Gellius eodem loco.

Nūdine an ferie sint.